

della scapola tutte e due; così le clavicole e le ossa degli omeri; tutte e quattro le ossa dei gomiti e diviso in due parti l'osso dello sterno; le diecesette vertebre del dorso e dei lombi; l'osso joideo; ventidue sole coste tutte e due le ossa innominate; l'osso sacro; le due rotule; l'ossa dei femori, delle tibie e delle fibole, con cinquantadue ossetti de piedi e quarantuno delle mani.

Quali ossa tutte, essendo la lamina del piombo con cui era foderata la cassa quasi tutta rosa, specialmente nella parte del fondo, furono da noi adattate sopra una tovaglia di tela bianca, che duplicatamente posimo in essa cassa, e sopra la quale furono le ossa poste, e poi coverte, parte coll'avanzo di essa duplicata tovaglia, e parte con altra simile tovaglia anche duplicata, della quale serviti ci eravamo per ripulire le ossa medesime; ponendo al di sopra di dette tovaglie, che l'ossa coprivano, la stola violacea e l'abitino della Vergine Santissima del Carmine, che si trovarono intatti; la croce pettorale di ottone indorato col laccio senza fiocco di seta verde e la porzione dell'anello, pure di ottone indorato colla pietra che non si trovò rosa; restando il fracidume del corpo e delle vesti in parte fracide ed in parte no, colle calzette ed il quasi fracido pastorale, come dissi, nella parte inferiore della cassa. Questo e niente altro ho potuto osservare (20).

Terminata la ricognizione, la cassa fu di nuovo chiusa, sigillata e rimessa in una seconda cassa nuova, che fu anch'essa sigillata, ricoprendo i sigilli con lamine di metallo per maggiore protezione.

Anche le tavole della vecchia cassa esterna furono accuratamente raccolte, sigillate e furono consegnate al postulatore P. Antonio Giattini, per farle custodire nella stanza dove il Santo era morto. Si proibì, anche sotto pena di scomunica, di sottrarre parte di queste tavole e distribuirle « devotionis causa » (21). Attualmente si conservano a Pagani insieme alle altre che furono estratte dal sepolcro nel 1816, quando il corpo fu prima chiuso nella stanza dove S. Alfonso era morto e poi fu esposto alla venerazione dei fedeli.

### III. SECONDA RICOGNIZIONE

Il 7 maggio 1807 Pio VII proclamava l'eroicità delle virtù di S. Alfonso e si dava subito inizio all'esame dei miracoli proposti per la beatificazione(22). Ma anche Pio VII doveva prender la via dell'esilio e quindi il corso della causa di beatificazione di S. Alfonso fu interrotto una seconda volta. Soltanto il 21 dicembre 1815, quando il S. Padre ritornò a Roma, fu emanato il decreto così detto del *Tuto*, col quale si dichiarava potersi procedere alla beatificazione e si stabiliva la solenne proclamazione del novello Beato per il 15 settembre 1816 in S. Pietro (23).

La beatificazione rendeva possibile il culto delle reliquie, specialmente del corpo; era quindi necessario procedere ad una nuova ricognizione, per estrarlo dal sepolcro e disporlo per una decorosa esposizione in chiesa.

In data 15 novembre 1815 il Prefetto della Sacra Congregazione dei Riti, Card. Della Somaglia, indirizzava la seguente lettera al Vicario Capitolare della Diocesi di Nocera dei Pagani, Can. Fr. Sav. Calenda :

Admodum Reverende Domine,

Cum causa V.S.D. Alphonsi de Ligorio, Fundatoris Congregationis SS.mi Redemptoris ac olim Episcopi S. Agathae Gothorum in eo statu sit, ut de ejus beatificatione judicium immineat, SS.mus Dominus noster Pius VII, Pontifex Maximus benigne indulset ut interim fieri possit juridica ejusdem corporis recognitio ad hoc ut, eadem beatificatione peracta, publicae venerationi exponi possit, utque insuper ex eodem aliquae extrahantur reliquiae, pariter occasione praefatae beatificationis distribuendae; hoc tibi munus, uti Vicario Capitulari, Sede episcopali vacante committimus, ita tamen ut omnia peragere debeas iuxta formam adnexae instructionis R.P.D. Promotoris Fidei. Hisce peractis, acta omnium simul cum hisce litteris et instructione ad Sac. Rituum Congregationem remittes, et ut in Domino diutissime valeas exoptamus.

Romae, 15 Novembris 1815.

Tui studiosus  
Julius S.R.E. Cardinalis Ep.  
De Somalia, S.C.R. Praefectus (24).

J.A. Sala,  
S.R.C. Secretarius Coadiutor

E' opportuno leggere qui l'istruzione data dal Promotore della Fede Mons. Cavalli, benché sia molto lunga. Essa è la prima istruzione della Sacra Congregazione dei Riti quanto alle ricognizioni del corpo di S. Alfonso

ed avrebbe dovuto servir di norma per tutte le altre ricognizioni, anche quando queste furono poi eseguite per iniziativa delle Autorità locali.

La lettura di questa istruzione ci è anche necessaria, perché il Vicario Capitolare Canonico Fr. Calenda ad essa farà appello per eseguire nell'ottobre 1816 una seconda ricognizione delle ossa, per disporle in modo più conveniente alla pietà del popolo.

#### INSTRUCTIO.

Pro perillustri et adm. Rev. Dom. Vicario Capitulari Nuceriae Paganorum.

Cum R. P. Vincentius Antonius Giattini, C.SS.R. Sacerdos et in Urbe Procurator Generalis, necnon Postulator causae beatificationis et canonizationis Ven. Servi Dei Alphonsi M. de Ligorio [*dictae*] Congregationis Fundatoris, ac olim Episcopi S. Agathae Gothorum, supplices preces porrexit SS.mo D.no Nostro Pio VII, feliciter regnanti, quibus petebat ut Sanctitas Sua potestatem facere dignaretur Vicario Capitulari Nuceriae Paganorum extrahendi e sepulchro in quo modo jacet corpus praefati Ven. Servi Dei Alphonsi M. de Ligorio, ossa, vestes; reliquias mundandi; omniaque in nova decenti capsula collocandi, secreto, absque ulla cultus specie custodienda, donec ejusdem beatificatione peracta, fas sit easdem reliquias publicae venerationi exponere; ac insuper extrahendi ex praefato corpore aliquas reliquias, in decenti capsula reponendas, suoque sigillo munitas, tradendas praefato Rev. P. Giattini, si praesens erit, secus cum suis litteris ad eum transmittendas, ad effectum illas distribuendi fidelibus occasione solemnis beatificationis memorati Ven. Servi Dei, quamprimum in Basilica Vaticana peragenda; cumque eadem Sanctitas Sua ad relationem Rev. D. ni Aloisii Gardellini, S. Rituum Congregationis Assessoris, sub die 14 novembris labentis anni petitam gratiam impertitus fuerit, ea tamen sub lege quod omnia peragi debeant juxta instructionem Promotoris Fidei; ideo, ut muneri mihi commissio qua decet religione et diligentia faciam satis, quae amussim servanda sunt, ut omnia rite recteque juxta Apostolicae Sedis Sacrorum Rituum Congregationis disciplinam perantur, breviter et distincte indicabo.

Itaque perillustris et adm. Rev. D. nus Vicarius Capitularis una cum Promotore Fiscali, qui vices gerat Sub-Promotoris Fidei, necnon suae Curiae Cancellario sive Notario, qui omnia peragenda in scriptis accurate referre debet, accedet ad ecclesiam S. Michaëlis Archangeli domus Congregationis SS. mi Redemptoris, in qua Ven. Servi Dei corpus humatum est, accessitque Rectore, sibi tradi mandabit instrumentum ultimae recognitionis et tumulationis corporis Ven. Servi Dei, ut tam ejusdem corporis, quam sepulchri fieri possit recognitio, ea diligentia quae de identitate fidelique custodia nullum relinquat dubitandi locum. Quatenus vero instrumentum postremae recognitionis et humationis confectum fuerit occasione processus apostolici, hujus autographum, quod asservatur in tabulario episcopalis Curiae, extrahi jubebit, illuc reportandum, postquam praefato instrumento in eo alligato usus

fuerit pro comparandis signis in illo notatis, cum illis quae modo habentur tam quoad sepulchrum, quam quoad capsam, corpus etc.

Hinc praefatus Vicarius Capitularis cum Promotore Fiscali et Curiae episcopalis Cancellario, praesentibus fabris coementariis et lignariis ac aliis qui juxta diversas loci, sepulchri, capsae circumstantias et varietates necessarii erunt, necnon aliquibus personis honestis, in testes instrumentarios adhibendis et ab ipso Vicario Capitulari eligendis et deputandis, accedet ad locum sepulchri in quo conditum est corpus Ven. Servi Dei Alphonsi de Ligorio. Quo perventus, secreto et sine pompa, clausis ecclesiae januis, accurate examinabit et a Promotore Fiscali examinare faciet exteriorem sepulchri formam, locum et locum loci in quo situm est, ac comparisonem instituet cum iis quae de exteriori sepulchri forma, loco et loco loci notata sunt in praedicto instrumento ultimae recognitionis et humationis. Et quatenus omnia rite respondeant, mandabit fabris coementariis, ut loculum aperiant et capsam in qua Ven. Servus Dei reconditur diligenter extrahant et collocent in plano pavimenti, vel super scammis, ad id praecedenter paratis.

Capsa e loculo extracta, idem Vicarius Capitularis mandabit, sub poena excommunicationis majoris ipso facto incurrendae, Summo Romano Pontifici reservatae, ne quisquam, cujuscumque gradus, status, dignitatis et conditionis audeat vel minimum quid de corpore, vestibus, urna etc., clam vel palam, surripere, vel aliquid addere, immittere, inscio vel inconsulto eodem Vicario Capitulari. Hinc diligenter examinabit et examinari faciet a Promotore Fiscali capsae formam, mensuram, sigilla apposita et si quae alia sunt signa, quibus identitas patefiat, eaque conferat cum signis, quae notata et descripta sunt in praefato postremae recognitionis instrumento. Quatenus omnia concordent, nullumque supersit de identitate dubium, jubebit capsam aperiri, eaque aperta, quidquid in ea fuerit repertum, sive ad statum corporis Ven. Servi Dei, sive ad vestes quibus tegitur etc. accurate conferat cum iis quae habentur in praefato postremae recognitionis instrumento.

Si omnia respondeant, praefatus Vicarius Capitularis mandabit, ut ab aliquo anatomes perito ossa Ven. Servi Dei repurgentur a sordibus et apte ad formam sceleti disponantur, ut novis possit vestibus indui et in nova capsula jam parata collocari. Quod si aliqua ossa ita sunt corrupta, ut nequeat sceleton formari, neque novis vestibus indui, decenter collocabuntur in nova capsula, eo meliori quo fieri poterit modo, adhibito serico vel lineo panno, quo undique cooperiantur.

Priusquam tamen id peragatur, idem Vicarius Capitularis sumet aliquas reliquias de ossibus et carne Ven. Servi Dei, quarum tamen detractio corpus illud minime deformetur, et has reliquias reponet in capsula, quam suis sigillis obsignabit ac testimoniales suas litteras adjunget. Capsulam vero, cum hisce testimonialibus litteris tradet praefato Postulatori si praesens erit, sin minus per fidelem portitorem ad eundem transmittere poterit, sub lege tamen ut is secreto et absque ulla publici cultus specie apud se retineat, ad effectum de more distribuendi easdem reliquias post peractam solemnem beatificationem in Basilica Vaticana.

Hisce peractis, praefatus Vicarius Capitularis mandabit capsam in qua de novo conditum est corpus Ven. Servi Dei, diligenter claudi, eam-

que clausam suis sigillis obsignabit, ita ut absque illorum fractura nullo modo possit aperi. Deinde mandabit ut sine ulla solemnitate, sed privatim et secreto capsam seu urnam praedictam transferatur ad aliquem locum tutum et secretum, ad quem nulli pateat aspectus, ut ibi detineatur, donec solemnitas beatificationis peracta fuerint; ut, his expletis, publicae venerationi exponi possit. Sed quamquam huiusmodi translatio sine ulla solemnitate fieri debeat, poterunt nihilominus accensa intortitia ab aliquibus sacerdotibus et clericis Congregationis deferri, davidicos psalmos submissa voce alternatim recitantibus.

Ut perventum fuerit ad locum designatum et praedicta capsam seu urnam ibi decenter collocata, praefatus Vicarius Capitularis januum, per quam ad illum ingressus patet, firmabit, suisque obsignabit sigillis, quibus muniendae etiam erunt fenestrae, si quae sunt, ita ut neque janua neque fenestrae aperi queant, nisi fractis sigillis impressis. Ipse vero Vicarius Capitularis januae clavem apud se retinebit diligenter, secretoque custodiet.

Quatenus vero ita comparatae sint circumstantiae, ut omnia quae supra sunt praescripta, in una eademque die, sub uno eodemque actu absolvi nequeant, toties quoties intercipienda vel reassumenda erunt acta, repetendae, aut etiam, quatenus opus sit (si opportunum videatur praefato Vicario Capitulari, in cuius prudentia confidimus) novae adhibendae erunt diligentiae ac cautela, quibus satis consultum sit identitati et custodiae capsae, in quam corpus Ven. Servi Dei reconditur.

Habito vero certo fidelique nuntio de iam expletis beatificationis solemnibus in Basilica Vaticana, Vicarius Capitularis cum Promotore Fiscali, Notario ac Testibus instrumentariis, redibit ad locum in quo per modum provisionis et custodiae collocata fuerat capsam, cum exuviis Ven. Servi Dei, tum iam Beati Alphonsi de Liguori, factaque recognitione integritatis sigillorum et clausurae tam ab extra, quam ab intra, videlicet januae, fenestrarum et capsae, istam transferri mandabit ad ecclesiam, secreto et clausis januis. Huiusmodi translatio fieri poterit ope sacerdotum et clericorum Congregationis SS. Redemptoris, quorum alii capsam, alii vero accensa intortitia deferant davidicos psalmos recitantes.

Ut ad locum iam paratum perventum fuerit, capsam deponatur et praefatus Vicarius Capitularis vel Rector illius domus et ecclesiae, cotta et stola albi coloris indutus, thurificabit capsam et recitabit orationem de Communi Confessorum Pontificum vel propriam, si haec iam fuerit adprobata. Mox eandem collocare iubebit in loco iam decenter parato; quod si collocanda sit sub alicujus altaris mensa, caveat ne fiat sub ara maxima, nam corpora Beatorum licet collocare dumtaxat sub ara altarium minorum seu lateralium.

Quatenus vero in postrema recognitione de qua supra est facta mentio, corpus Ven. Servi Dei in veteri capsam remanserit ac propterea in nova modo collocandum sit, omnia illa servanda erunt, quae supra notata sunt. Collocata autem capsam in loco parato ad publicam venerationem, per fabros lignarios aut coementarios loculum claudi iubebit, alias-

que diligentias ac cautelas adhibebit, quas necessarias et opportunas duxerit ad consulendum custodiae et identitati.

De omnibus autem quae gesta sunt per Notarium qui interfuit, publicum, distinctum instrumentum confici mandabit. Sed quoniam duplex est actus, nam alter versatur circa recognitionem faciendam, extractionem et traditionem reliquiarum, alter vero respicit collocationem corporis Ven. Servi Dei, post sequutam beatificationem, in ecclesia ad publicam venerationem; et cum hi duo actus diversis temporibus fieri debeant, ideo duplex instrumentum conficiendum erit; quorum primum versetur circa recognitionem corporis Ven. Servi Dei, extractionem reliquiarum, traditionem earundem in capsula cum testimonialibus litteris causae Postulatori, si praesens erit, vel transmissionem ad eundem si abfuerit; alterum vero circa collocationem corporis Ven. Servi Dei, tum Beati, expleta solemnitate in Basilica Vaticana, ad publicam venerationem, utrumque transmittendum erit ad Sac. Rituum Congregationem.

Cetera quae forte opportuna vel necessaria erunt ad accuratam praesentis instructionis executionem, quaeque pro diversitate circumstantiarum et pro re nata variare deberent, remittuntur arbitrio perillustris at adm. Rev. Vicarii Capitularis, de cuius fide religione et integritate Sanctitas Sua plurimum in Domino confidit.

Andreas Cavalli, S. Fidei Promotor (25)

Forse l'istruzione potrà sembrare ridondante, ma non si può non sottolineare la sollecitudine della Chiesa verso i suoi Santi e verso i Fedeli. Per i primi essa si preoccupa della conservazione decorosa dei loro resti mortali, proteggendone l'integrità da eventuale eccessiva pietà, che potrebbe deformarla o comunque alterarla. Per i Fedeli essa garantisce la verità del loro oggetto di culto provvedendo con minuziosità, che sembra ma non è eccessiva, alla identità delle reliquie, che non patisca alcuna falsificazione.

La ricognizione fu eseguita soltanto dopo tre mesi e mezzo, cioè il 2 marzo 1816. In precedenza il 26 febbraio il Vicario Capitolare, Can. Calenda aveva invitato ad intervenire quali testimoni il Rettore Maggiore dei Redentoristi P. Pietro Paolo Blasucci ed il Rettore della casa di Pagani, P. Pietro Ignazio Marolda, i tre medici Pasquale Guarnera, Gregorio De Angelis, Giovanni Attanasio (26). Con il seguente invito speciale si rivolgeva ad un fabbro ferraio, ad un falegname e ad un muratore:

Nocera li 26 febbraio 1816.

Signor Michele Desiderio mastro falegname, Signor Salvatore Nenna alias Sansone, mastro ferraio e Signor Francesco Califano, mastro fabbricatore, mi occorre l'opera vostra, rispettivamente nella ricognizione del corpo del Ven. Servo di Dio Mons. De Liguori, da farsi nella piccola chiesa di S. Michele del Comune de' Pagani, Sabato 2 dell'en-

trante, dall'ora quattordici in poi. Vi prego ad intervenire ed a portare con esso voi i ferri del rispettivo mestiere. Di tanto vi prego e mi rassegno:

Vostro per servirvi:  
F. Sav. Can. Calenda (27).

I tre mastri accettavano l'invito ed apponevano alla lettera del Vicario il loro segno di croce quale documento di accettazione.

Il 2 marzo Mons. Calenda, il Promotore Fiscale, il Notaio e gli altri invitati si portarono nella chiesa di S. Michele. Fatta orazione al SS.mo e chiusa la chiesa, seguendo lo strumento notarile della ricognizione del 1802, Mons. Calenda esaminò il luogo del sepolcro di S. Alfonso. Riconosciuto giuridicamente, comandò al muratore di sollevare la lapide di marmo e fu trovata la cassa esterna. Sansone e gli altri due compagni trassero fuori la cassa e la posero su di una mensa, preparata a tale scopo.

Terminato questo primo atto, il Vicario comminò la scomunica contro chiunque avesse osato sottrarre o comunque manomettere i resti di S. Alfonso. Furono controllate le dimensioni ed i sigilli della cassa esterna, che fu quindi aperta. La seconda cassa interna, presentò speciali difficoltà perché, come già nella ricognizione del 1802, le serrature erano ossidate, sicché le chiavi non aprivano. Il falegname Desiderio dovette allora aprire di forza la cassa e ci si trovò di fronte al corpo del Venerabile.

Ecco come i tre medici ci descrivono il seguito della ricognizione in una relazione presentata al Vicario:

Ill.mo e Rev.mo Signore,

Dietro l'invito che Vostra Sign. Ill.ma e Rev.ma si compiacque di farci con suo pregiato foglio del 26 febbraio ultimo, ci siamo conferiti in questa chiesa di S. Michele della casa della missione del SS. Redentore, sotto lo stesso titolo, per assistere alla ricognizione del corpo del Ven. Servo di Dio Mons. D. Alfonso de Liguori, Fondatore della stessa Congregazione, che se le trova commessa con lettera della S. Congregazione dei Riti del 15 novembre dell'anno scorso; ed avendo dietro l'apertura della cassa, ove il venerabile deposito si racchiudeva, ricevuto l'ordine di pulire le venerabili ossa, riconoscendole sulla scorta dell'istromento, fatto il 12 novembre 1802, solennizzato per una simile operazione, estrarne delle reliquie, la mancanza delle quali nella formazione dello scheletro non faccia veruna deformità, per rimettersi al P. Postulatore in Roma, e finalmente riferirLe quelle cose che noi crediamo dover meritare una particolare osservazione.

Infatti sotto gli occhi suoi medesimi e del Promotore Fiscale Sign. Arcidiacono di questa Cattedrale D. Nicola Izzo, del Cancelliere della Curia e Testimonii all'uopo invitati, ci siamo occupati a pulire le ossa del Servo di Dio, che abbiamo passate in una cassa nuova, apparecchiata a quest'uso, riscontrandole sulla scorta del citato istromento, al qua-

le le abbiamo trovate esattamente corrispondenti. Siamo quindi passati ad esaminare i rottami delle vesti e della carne del defonto, ridotti confusamente nel fondo di detta cassa, ed abbiamo raccolti altri venti ossicini, che nel citato istromento non erano descritti, in parte duri ed in parte spongiosi, che abbiamo passati parimenti nella cassa; quindi abbiamo scelte quelle ossa delle falangi delle mani e dei piedi da rimettersi in Roma, le quali non impediscono la costruzione di un compiuto scheletro, che non si è potuto da noi fare, per la brevità del tempo e per l'insolenza della gente, la quale ridottasi in folla, giungeva finanche a far violenza alle porte per entrare.

Ciò eseguito, passiamo a darle conto di quello che nell'apertura e prosieguo del nostro travaglio merita una particolare considerazione.

1. - In rapporto all'apertura noi non vi abbiamo osservato che si tramandasse dalla cassa verun cattivo odore, ma piuttosto grato, come han confessato tutti gli astanti. Anzi avendo ritrovati nel fondo della cassa i rottami delle vesti, ceneri e carne consumata del Servo di Dio, bastamente umidi, i quali avrebbero dovuto, per effetto dell'umidità, sviluppare de' grassi azoti, o siano delle arie impure, tuttavolta dietro uno scrupoloso esame, non vi si è osservato vestigio di tale aria, bensì d'un'aria di buona qualità.

2. - In rapporto alle ossa, noi le abbiamo ritrovate come son descritte nel citato istromento e senza aver sofferto veruna alterazione, dopo l'elaso di anni 14, quanti ne son percorsi dalla prima ricognizione sino alla presente. E quel ch'è più, abbiamo osservato che le cartilagini tiroide e dell'aspra arteria, da noi rinvenute tra i rottami delle vesti, che abbondano di umidità, le abbiamo trovate intatte, meno qualche piccolo ossicino spongioso friabile.

Tanto crediamo secondo le regole dell'arte e per coscienza che possa meritare una particolare osservazione, che ci facciamo un dovere di rassegnare a V.S. Ill.ma Rev.ma, per quel riguardo che se ne può avere dagli Eminentissimi della S. Congregazione dei Riti e col dovuto rispetto baciandole le s. mani, ci raffermiamo costantemente:

di Vostra Sign. Ill.ma Rev.ma:

Nocera 2 marzo 1816

dev.mo obl.mo servitore vero

Dr Fifico Chirurgo Gregorio De Angelis

Dr Fifico Chirurgo Pasquale Guarna

Dr Fifico Giovanni Attanasio (28).

Il Vicario Capitolare autenticò le reliquie da mandare a Roma con le seguenti lettere testimoniali:

Nos Abbas Franciscus Xaverius Calenda, utriusque juris ac sacrae theologiae Doctor...

Universis et singulis has nostras litteras testimoniales lecturis, visuris etc. indubiam fidem facimus atque testamur, vigore literarum S.R.C. expeditarum Romae, sub die XV mensis novembris elapsi anni, per nos, servata forma instructionum Rev.di P.D. Promotoris Fidei, sub die II currentis mensis martii factam fuisse recognitionem corporis

Ven. Servi Dei Alphonsi Mariae de Ligorio, Fundatoris Congregationis SS. Redemptoris et olim Episcopi S. Agathae Gothorum, cum onere extrahendi, de mandato ejusdem S.R.C. quasdam reliquias ex ossibus et carne ac vestibus ejusdem corporis, ad finem easdem remittendi causae Postulatori, distribuendas peracta causa beatificationis ejusdem Ven. Servi Dei. Pro cujus effectu testamur extraxisse illas tantum quae, consilio peritorum, nullam inducunt deformitatem in scheletro conficiendo: videlicet anulum de aurichalco inaurato, munitum lapide topazio, corosum in circulo, crucem ex eodem metallo pariter inauratam cum laqueo serico, coloris viridis, absque flocco, medietatem stolae violaceae, quaedam cerebri fragmenta et alia carnis et vestium, omnes pollicis, indicis, annularis manus dexteræ phalanges, ossicula manuum et pedum quadraginta quatuor, vertebra unam dorsalem; easque reposuisse respectivis chartulis involutas, praesentibus Promotore fiscali et Cancellario, in capsulam ex ligno nucis confectam, longitudinis palmi unius cum dimidio, latitudinis unciarum novem, profunditatis unciarum quatuor, colligatam vitta serica polymita, tribus sigillis nostrae Curiae munitam; eamque tradidisse Rev. P. Coelestino Cocle, SS. Redemptoris, Rectori domus S. Mariae in Monterone, civitatis Romae, praefatae recognitioni presenti, deferendam D.no causae Postulatori, cum his nostris litteris, ad finem etc, in omnibus servata forma mandati S.R.C. etc.

Datae Nuceriae, sub die secunda currentis mensis martii, anno millesimo octingentesimo decimo sexto.

Fr. Xav. Can. Theol. Calenda  
Vic. Capit. Gener. Nuc.  
Fr. Xaver. Can. Villani,  
Cancellarius (29).

Sotto il nome di « frammenti del cervello » devono intendersi delle particelle che i medici, attraverso il foro occipitale, staccarono dall'agglomerato di sostanze organiche e minerali, che era mobile nell'interno del neurocranio. Nel corso dell'ultima ricognizione del 1951 questo agglomerato è stato reso visibile e posto sotto vetro.

Quanto alle altre reliquie, un testimonio contemporaneo ci dirà che Sua Santità Pio VII, parlando forse con l'Assessore Mons. Gardellini, così si espresse: « *Vengano in Roma quelle sante dita, che hanno tanto bene scritto per la gloria di Dio, di Maria Vergine, e della Religione* ». Infatti il Calenda ci ha detto che furono estratte « Omnes pollicis, indicis, annularis manus dexteræ phalanges ».

Quanto alla vertebra che sarebbe stata mandata a Roma, bisogna notare che le vertebre dorsali e tutte le altre sono provvidenzialmente a Pagani, eccetto due cervicali. Si deve perciò concludere che la vertebra mandata a Roma fu una delle cervicali e non una delle dorsali, come ci ha detto il Calenda.

Lo stesso giorno della ricognizione 2 marzo 1816 il Can. Calenda così notificava al Card. Prefetto della Sacra Congregazione dei Riti l'avvenuta ricognizione:

Eminentissime ac Reverendissime Domine,

Tuas litteras, expeditas sub die decimaquinta mensis novembris elapsi anni annuente SS.mo Patre, eo quo par erat obsequio accepi, primoque obtutu mihi recognitionem juridicam corporis Ven. Servi Dei Alphonsi Mariae de Ligorio, olim Episcopi S. Agathae Gothorum, Fundatoris Congregationis SS. Redemptoris, committi reperii; deinde praecipui ex eodem corpore extractionem reliquiarum, distribuendarum occasione beatificationis peragenda, ac munus omne exequi, servata forma instructionum R.P.D. Promotoris Fidei.

His acceptis, praemissis quae a me praemittenda erant et monitis iis qui erant, servata forma dictarum instructionum, monendi, tuis obsequendo mandatis, diem secundam currentis mensis delegi, in qua recognitione per me, servatis omnibus de jure servandis, facta fuit, prout ex actis quae in hanc S.R.C. cum tuis litteris et R.P.D. Promotoris Fidei instructionibus audeo transmittere, abunde patebit.

Unum peto ut me humiliter prostratum ad tuae S. Manus et S. Purpureae osculum, quod maxime exopto, patiaris admitti.

Datae Nuceriae, sub die 2 mensis martii anni 1816. Eminentiae Tuae Reverendissimae

humil.mus dev.mus obseq.us  
Fr. Xav. Theolog. Calenda  
Vic. Generalis (30).

Ed ecco ora la relazione ufficiale degli atti di questa seconda ricognizione:

In Dei Nomine. Amen.

Anno Domini millesimo octingentesimo decimo sexto, sabbati nona [sic] mensis martii, indictione quarta, de mane hora decima quarta, Pio Papa VII sedente, anno ejus decimo sexto feliciter ect.

Rev.mus D.nus utriusque juris ac sacrae theologiae doctor Franciscus Xaverius Calenda, Canonicus theologus Cathedralis Ecclesiae nuceriae, et in spiritualibus et in temporalibus in Dioecesi Vicarius Capitularis Generalis, Archidiaconus Nicolaus Izzo, Promotor Fiscalis, ac vices gerens Sub-Promotoris Fidei, Franciscus Xaverius Canonicus Villani, Cancellarius, delegati vigore litterarum remissorialium S.R.C. Romae, sub die decimaquinta mensis novembris elapsi anni pro executione Pontificii rescripti diei decimiquarti ejusdem mensis et anni, expeditarum, quibus mandata reperitur eidem Rev.mo Vicario Generali juridica recognitione corporis Ven. Servi Dei Alphonsi de Ligorio, Fundatoris Congregationis SS. Redemptoris, olim Episcopi S. Agathae Gothorum, pro imminente judicio de ejus beatificatione, cum onere extrahendi aliquas reliquias distribuendas occasione praefatae beatificationis, et peragendi omnia, servata methodo instructionum Rev.di P.D. Promotoris Fidei, ac remittendi easdem cum litteris praedictis ad dictam S.R.C.

His acceptis, Rev.mus Dom. Vicarius Capitularis specialiter delegatus, accitis dominis Gregorio De Angelis et Paschali Guarna, chirurgis in arte excellentibus, medico Johanne Attanasio, et fabris, murario Francisco Califano, lignario Michaëli Desiderio, ferrario Salvatore Nenna,

vulgo *Sansone*, ac testibus Rev. D.no Paulo Blasucci, Rectore Majore Congregationis SS.mi Redemptoris, Rectore domus S. Michaëlis Archangeli Rev. D.no Ignatio Marolda, Excell. Duce Sancti Valentini D.no Francisco Capece Minutolo, et D.no Catello Canfora, Canonico hujus Cathedralis Ecclesiae nucerinae, prius litteris missivis monitis pro hac superscripta die; accepto pariter ex episcopali archivo instrumento pro recognitione ejusdem corporis Ven. Servi Dei, anno millesimo octingentesimo secundo, sub die decima secunda mensis novembris, indictione quinta confecto, ad finem recognoscendi omnia, servata forma ejusdem instrumenti, ac methodo per dictas instructiones data, perrexit in hanc ecclesiam, in qua, peracta brevi oratione cum adstantibus, mandavit expelli ab ea eos omnes qui ad rem peragendam non pertinebant, ac fores Ecclesiae claudi; deinde accessit, instrumento praefato ducente, in cornu epistolae altaris majoris Sancto Michaëli Archangelo dicati, comitantibus iisdem Dominis meque Notario actuario, ubi sepulchrum positum est, illudque invenit lapide marmoreo opertum et positum in plano ejusdem ecclesiae, et super eum scriptum: HIC JACET CORPUS ILL.MI ET REV.MI DOMINI ALPHONSI DE LIGORIO EPISCOPI SANCTAE AGATHAE GOTHORUM ET FUNDATORIS CONGREGATIONIS SS. REDEMPTORIS. Quo reperto, idem Rev.mus D.nus Vicarius Capitularis mandavit per fabrum murarium lapidem amoveri cum coementis, eoque amoto, apparuit capsae exterior aspectus, quae per eundem et alios fabros ut supra, ad opus adhibitos, collocata fuit super mensam in ipsa Ecclesia praeparatam.

Exinde, adstante Promotore fiscali, Cancellario ac Testibus, Medico et Chirurgis, alta et intelligibili voce publicavit et comminatus est excommunicationem majorem ipso facto incurrendam Summoque Pontifici reservatam contra quosvis cujusque gradus, status, dignitatis et conditionis, audentes vel minimum quid de corpore, vestibus, urna etc, clam vel palam surripere vel aliquid addere, vel immittere eodem inscio vel inconsulto praesumentes.

Qua excommunicatione publicata, mandavit statum capsae exteriorem recognosci, ad finem videndi an cum eo conveniret, qui in praefato instrumento describitur. Revera praesentibus omnibus modo enunciatis, observatum est eam esse de ligno castaneo longitudinis palmorum sex, et unciarum septem, latitudinis ex parte capitis palmorum et unciarum novem, ex parte pedum palmi unius et unciarum decem, altitudinis seu profunditatis pariter ex parte pedum palmi unius et quarti, et ex parte capitis palmi unius et unciarum decem; munitam duodecim manicis ferreis, vulgo « *grappe* », colligatam vittis lineis, cum quatuor sigillis, nempe duobus ex parte superiori, uno scilicet in medio et altero juxta pedes, in quo vittae extremitates uniuntur, et duobus in arcae seu capsae lateribus, videlicet uno ex parte capitis et altero pedum, laminibus operatis ex stamno confectis: qui status, omnibus fatentibus, adamussim cum citato instrumento convenit.

His recognitis Rev.mus D.nus Vicarius Capitularis mandavit laminas amoveri, ad finem recognoscendi sigilla, an convenirent cum emblemate Ill.mi ac Rev.mi Episcopi Benedicti Mariae Montio S. Felici [*sic*] ultimi et immediati hujus Ecclesiae nucerinae Episcopi; quibus

amotis, duo reperta sunt perfecte impressa et repraesentata arma familiae Sanfelicii, reliqua temporis injuria consumpta. Deinde praecepit per fabrum lignarium Michaëlem Desiderio manicas ferreas amoveri, prout factum est; amotoque operculo, apparuit altera capsula continens corpus Ven. Servi Dei colligata vitta serica coloris rubri, et munita ex parte superiore operculi tribus sigillis, duobus ex parte anteriori et totidem ex parte posteriori et aliis duobus uno scilicet ex parte capitis et altero ex parte pedum repraesentantibus eadem arma et emblemata dicti Ill.mi et Rev.mi Episcopi impressa in cera rubra hispanica, prout omnibus praesentibus innotuit.

Repertis ut supra omnibus ad capsae partem exteriorem pertinentibus, servata forma citati instrumenti, idem Rev.mus D.nus Vicarius capitularis, adstante Promotore Fiscali, Cancellario, Chirurgis, et Testibus ac me Notario actuario, mandavit et sigilla deleri et eadem vi aperiri per dictum fabrum lignarium, ad finem reperiendi corpus Ven. Servi Dei, in ea per medicum et chirurgos in praefato instrumento enunciatis olim repositum. Quod, clavibus adhibitis, fieri non potuit, seris, temporis longitudine ac humiditate, rubigine foedatis; eaque aperta, nullus ex venerabili corpore, fatentibus omnibus, odor minus gratus emerit, quamvis vestium fragmenta, et corporis, uno collecta loco, quamdam humiditatem exhiberent.

In ea reperta est, primo aspectu, stola violacea, in omnibus partibus integra, excepta superiore, in qua aliquid temporis injuria consummum apparuit; deinde repertum scapulare Virginis Sanctissimae de monte Carmelo, ex lana confectum, ab edaci tineae penitus immune; crux pectoralis de aurichalco inaurata et munita laqueo coloris viridis absque flocco; annulus ejusdem metalli inaurati, ex parte consumptus cum lapide topazio; quae omnia fuerant super mappam superiorem posita, ut ex instrumento patet.

His semotis, ad finem recognoscendi ossa Ven. Servi Dei in praefatis mappis lineis involuta, amota fuit superior, quae in frusta praehumiditate abiit; deinde evoluta est altera, a cujus parte extrema Ven. Servi Dei ossa operiebantur (pariter humiditate foedata), quae statim apparuerunt. In parte vero inferiori capsae inventi fuerunt uno collecti loco, corporis cineres, vestium fragmenta, caligae et baculus pastoralis in frusta redactus a tineae; omnia modo quo in instrumento describuntur.

Reverendissimus Vicarius Capitularis, praesentibus opportunis, mandavit per dictum medicum Attanasio, et chirurgos De Angelis et Guarana recognosci ossa, inspecta forma citati instrumenti anni millesimi octingentesimi secundi, eaque describi ad finem videndi an cum eodem convenirent; quod per eos factum est; quae reperta sunt ut infra,

calvaria integra cum omnibus apophisibus, et capillis eidem ex parte sinistra inhaerentibus, cum mandibula inferiore cum suis apophisibus; et pone eam

septem colli vertebrae, quarum una divisa est a reliquis simul conjunctis;

ambo ossa scapulae,

claviculae et  
 ossa humerorum;  
 quatuor ossa cubitorum;  
 os sterni in duas partes divisum;  
 vertebrae decemseptem dorsi et lumborum;  
 os joideum;  
 vigintiduo ex costis;  
 ambo ossa innominata;  
 os sacrum;  
 rotulae duo;  
 ossa femorum,  
 tibiaram, et  
 fibularum, cum  
 quinquaginta duobus ossiculis pedum, et  
 quadraginta uno manuum.

Quae omnia (ob laminam plumbeam tempore citati instrumenti repertam conrosam ex parte praesertim inferiori), per chirurgum et medicum eo tempore adhibitos, aptata fuerant super dictam mappam telae albae in eadem capsam, et operata ejusdem extremitate, ac altera simili mappa, qua usi erant ad ossa perpolianda, super quibus praefata stola et alia aptata fuerant, modo descripta. Eadem in praesenti recognitione reperta sunt, prout in citato instrumento describuntur.

Petiit insuper idem Rev. mus D. nus a dictis Chirurgis et Medico fragmenta corporis et vestium ad capsae extremitatem redacta perquiri, ut si quid ex ossibus Ven. Servi Dei superesset, in novam capsam reduceretur. Quod factum est omni qua decebat diligentia; propterea inventa sunt viginti ossicula, partim dura partim ad instar spongiae, in prima recognitione ommissa, quae in novam capsam reponenda fuerunt reservata.

Interim idem Rev. mus Vicarius Capitularis, praesentibus Rev. Promotore Fiscali, Cancellario, Testibus et me Notario actuario, Medico et Chirurgis pariter praesentibus, petiit ossa perpoliri, et ex iis tolli reliquias, quae nullam pariant deformitatem in scheletro peragendo, ad finem eas Romam remittendi ad Rev. D. num causae Postulatorem pro executione mandati Eminentissimi S. R. C. Praefecti ac instructionum R. P. D. Promotoris Fidei. Hi enim, petitioni morem gerentes, ossa singillatim perpolierunt, ex quibus amotae fuerunt reliquiae et involutae respectivis chartulis, ex quarum epigraphe quid in iis contineatur desumitur.

Has Rev. mus D. nus manibus suis reposuit in capsulam ex ligno nucis confectam, longitudinis palmi unius cum dimidio, latitudinis unciarum novem, et profunditatis unciarum quatuor; eamque religavit vitta serica polymita et munivit tribus sigillis suae capitularis Curiae, impressis super ceram hispanicam coloris rubri, repraesentatibus episcopum sedentem in throno; et suis litteris testimonialibus, in quibus reliquiae singillatim describuntur, tradidit et commendavit Rev. Patri Coelestino Mariae Cocle, SS. Redemptoris, Rectori domus S. Mariae in Monterone, ejusdem civitatis, qui recognitioni praesens erat.

His peractis Rev. mus D. nus Vicarius Capitularis effecit ut per

dictos Medicum et Chirurgo ossa Ven. Servi Dei in novam capsam, ex ligno nucis confectam, tribus clavibus ac serico panno munitam, collocarentur; deque eorum iudicio, peculiari relatione, redderent rationem. Quod et ipsi fecerunt sponte ac hilari animo, et relationem in praesenti actu alligatam exhibuerunt.

Mandavit exinde capsam describi, ac sigillis muniri, ut aperiri non possit absque illorum fractura. Revera reperta est longitudinis palmorum quinque, latitudinis unius cum dimidio, et profunditatis palmi unius et unciarum trium. Mandavit insuper eam claudi praefatis clavibus, quarum unam sibi reservavit, alteram tradidit Rectori Majori Congregationis SS. mi Redemptoris, Rev. P. D. no Petro Paulo Blasucci, tertiam tandem dedit Rev. P. D. no Petro Ignatio Marolda, Rectori hujus domus S. Michaëlis Archangeli; ac religari pariter vitta alba linea et muniri tribus suae Curiae sigillis, prout factum est.

Quoad capsam vero, ex qua Ven. Servi Dei corpus extractum fuerat et in qua adhuc reliquiae vestium et corporis cineres supererant, mandavit denuo claudi et ligari vitta linea ac sigillis muniri, ad finem eam servandi, aperiendam, peracta causa beatificationis.

Tandem sine ulla solemnitate, sed privatim et secreto, ipso Rev. mo Vicario comitante, ac praecedentibus Patribus Congregationis SS. mi Redemptoris cum cereis accensis et submissa voce recitantibus psalmos davidicos, utraque capsam delata est in cellulam superiorem, in qua Ven. Servi Dei vitam finivit. Dumque eo perventum est, duobus sigillis fenestram et totidem portam, jam clave firmatam, munivit, et secum clavem detulit, ad finem exhibendi, jam peracta causa beatificationis.

De quibus omnibus testor et fidem facio etc.

Quibus sic ut supra expletis, descriptis et recognitis, Rev. mus D. nus Vicarius Capitularis, Promotor Fiscalis, Cancellarius, Periti et Testes subscripserunt, mandantes mihi, ut de omnibus et singulis instrumentum conficerem in forma.

Ego Franciscus Xaverius Can. Theol. Calenda, Vicarius Generalis delegatus interfui.

Seguono le altre firme e la dichiarazione di autenticità del Notaio (31).

La relazione dei medici in questa ricognizione, da noi già letta e l'altra del 1802 ci rendono più intelligibile questa lunga relazione del 1816, specialmente là dove parla delle due tovaglie che avvolgevano le ossa, ambedue ammuffite e disfatte dall'umido.

Per errore evidente nella relazione la ricognizione avvenuta il due marzo è posticipata al nove marzo. Si può pensare che il Cancelliere abbia steso la relazione molto tempo dopo, senza aver presenti gli altri documenti; ricordava soltanto che la ricognizione aveva avuto luogo di sabato, ai primi di marzo: invece del primo ha scelto il secondo sabato. Però avrebbe potuto leggere le testimoniali del Calenda che, nel mandare alla Sacra Congregazione dei Riti le reliquie estratte, affermavano che la ricognizione era avvenuta il due marzo.

L'anello, la croce vescovile e le tavole della cassa di noce sono conservate nel Museo alfonsiano a Pagani.